



**Magnum Bullarium Romanum, Seu Ejusdem Continuatio**

Quæ Supplementi loco sit, tum huicce, tum aliis quæ præcesserunt  
Editionibus, Romanæ, & Lugdunensi ...

Complectens Constitutiones ab Innocentio XIII. & Benedicto XIII. editas

**Luxemburgi, 1740**

XI. Indulgentia plen. perp. in Ecclesiis Ordinis Cistercien. in Festo S.  
Stephani Abbatis.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74724](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-74724)

ANNO  
1724.

BENEDICTUS DECIMUS-TERTIUS.

107 ANNO  
1724.

Magnæ Curia Innocentianæ in Monte Citorio, & in Acie Campi Flora, aliisque locis consuetis Urbis publicata, & affixa de more fuerunt per Nos Joannem Trifelium, & Joannem del Ré SS. D. N. Papæ Cursores.

*Idem Trifellius Curs. Mag.*

XI.

Conceditur Indulgencia plen. perpet. visitantibus Ecclesiæ Monasteriorum Ordinis Cisterciensis die festo S. Stephani Tertiæ Abbatis Cisterciæ.

De Indulgencie totius Ordinis Cisterciens. & Monasteriorum Germania Super., Monachis Provinc. Silesia communicatis vide Clem. XI. Const. ed. 1716. Oct. 8. P. 16. De confirmatione omnium Privilegiorum totius Ord. vide Const. ed. 1728. Januarii 25. P. 5.

Dat. 4. Julii  
1724. An. I.

BENEDICTUS PAPA XIII.

*Ad perpetuam rei memoriam.*

Exordium.

Preces Procuratoris Generalis pro concessione dictæ Indulgencie.

Concessio predicatoria.

Clausula.

In juncta Nobis divinitus Apostolicæ servitutis ratio postulat, ut cælestium munierum Thesaurorum dispensationi Nostra a Domino creditos fideliter erogemus, cum id ad augendam in Terris, Sanctorum in Cælis cum Christo regnantium venerationem excitandamque, & confovendam erga illos fidelium devotionem, ac ad animarum salutem speramus in Domino profuturum.

J. 1. Supplicationibus itaque dilecti filii moderni Procuratoris Generalis totius Ordinis Cisterciensis nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, ac de Omnipotenti Dei misericordia, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus auctoritate confisi, omnibus, & singulis utriusque sexus Christifidelibus vere penitentibus, & confessis, ac sacra communione refectis, qui aliquam ex Ecclesiæ quorūcumque Monasteriorum dicti Ordinis tam haec tenus erexit, quam in posterum quandocumque erigendis, & ubicumque locorum existentibus die festo S. Stephani Tertiæ Abbatis Monasterii Cisterciæ, & ejusdem Ordinis legislatoris a primis vesperis usque ad occasum Solis diei hujusmodi annis singulis devote visitaverint, & ibi pro Christianorum Principum concordia, hærefum extirpatione, ac Sanctæ Matris Ecclesiæ exaltatione pias ad Deum preces effuderint, plenarium omnium peccatorum suorum Indulgientiam, & remissionem misericorditer in Domino concedimus. Præsentibus perpetuis futuris temporibus valiturus.

J. 2. Volumus autem, ut earundem præsentium literarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis, manu alicuius Notarii publici subscripsit, & sigillo personæ in Ecclesiastica dignitate constituta munitis, eadem prorsus fides ubique habeatur, quæ haberetur ipsis præsentibus si forent exhibitæ, vel ostensorum.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die IV. Julii MDCCXXIV. Pontificatus nostri Anno Primo.

XII.

Suspenduntur quæcumque Indulgencie, vertente Anno Universalis Jubilæi Millesimo Septuagesimo Vigesimo Quinto.

Dictum Jubilæum indictum fuit Const. ed. 1724. Junii 26. P. 1.

Dat. 6. Julii  
1724. An. I.

BENEDICTUS EPISCOPUS

*Servus Servorum Dei. Ad futuram rei memoriam.*

Causes præ-  
sentis suspen-  
sionis.

Cum Nos nuper Sancti Jubilæi celebrationem a Vigilia Nativitatis Domini Nostri Jesu

Christi proxime futuræ inchoandam, & usque ad finem sequentis anni duraturam universo Populo Christiano, de Venerabilium Fratrum nostrorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium assensu, indixerimus, ac omnibus utriusque sexus Christifidelibus vere penitentibus, & confessis, qui Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum, necnon Sancti Joannis Lateranensis, & Sanctæ Mariae Majoris de Urbe Basilicas visitaverint, plenissimam omnium peccatorum suorum Indulgientiam, remissionem, & veniam concesserimus, prout in nostris desuper confessis literis plenius continetur; Capientes ut Christianæ Nationes ex omnibus Terrarum Orbis locis in Alma Urbe nostra in Fidei, ac Religionis unitate congregates, eodem pietatis, ac devotionis spiritu Basilicas praedictas, quo maximo fieri poterit concursu, durante eodem Jubilæo, visitent, & frequentent multorum Romanorum Pontificum Praedecessorum nostrorum exemplo adducti, omnes, & singulas Indulgencias, etiam perpetuas, & peccatorum remissiones, ac facultates, & Indulta absolvendi, etiam a casibus Sedi Apostolicæ reservatis, etiam in literis die Cœnæ Domini legi solitis contentis, quibusvis Ecclesiæ, Monasteriis, Hospitalibus, etiam Sancti Joannis Hierosolymitanæ, Domibus, Militiis, Ordinibus, etiam Mendicantium, Congregationibus, Confraternitatibus, etiam Laicorum, Universitatibus, & piis locis, illorumque Ordinibus, Capitulo, Conventibus, Magistris, Superioribus, & tam Secularibus, quam quorūm, etiam Mendicantium Ordinum Regularibus personis, Coronisque, Grans, Imaginibus, & Numismatibus ex metallo, seu quacumque alia materia confessis, tam singulariter, quam universaliter per quoscumque Romanos Pontifices Praedecessores nostros, ac etiam Nos, etiam ad instantiam Imperatoris, Regum, Ducum, & aliorum Principum, aut ipsis etiam Imperatori, Regibus, Ducibus, & Principibus, vel alii quacumque alia mundana, vel Ecclesiastica dignitate, etiam speciali nota digna, fulgentibus, etiam ad instar Jubilæi, aut alias quomodocumque, & ex quibusvis causis, & occasionibus sub quibuscumque tenoribus, & formis, ac cum quibusvis clausulis, & decretis, etiam Motu proprio, & ex certa scientia, ac alias quomodolibet concessas, & concessa, quorum omniam tenores, formas, derogationes, & decreta præsentibus pro expressis haberi volumus, Apostolica auctoritate, de corundem Fratrum consilio, & assensu, ac potestatis plenitudine, suspendimus, & suspensas, ac suspensa esse declaramus, easque, & ea, eodem anno durante, nulli prodesse, aut suffragari debere. Irritum quoque, & inane decernimus, si seculi super his a quoquam, quavis auctoritate, scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Quocircum per præsentes auctoritate Apostolica præcipimus, & mandamus, ne interim alia, quam indicati a Nobis prædicti Jubilæi, Indulgencie sive publice, sive privatum, quovis prætextu, ubi vis locorum, & gentium sub excommunicationis eo ipso incurriendæ, aliisque arbitrio Ordinariorum infligendis poenis publicentur, vel nuncientur, aut in usum demandentur. Non obstantibus præmissis, ac Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, necnon Ecclesiarum, Monasteriorum, Conventuum, Ordinum, Congregationum, Hospitalium, Confraternitatum, Universitatium, Collegiorum, & locorum, aliorumque prædicatorum, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus; privilegiis quoque, exemptionibus, & Indultis Apostolicis illis, corumque Superioribus, & personis, ac aliis quibuscumque per eosdem Romanos Pontifices Praedecessores nostros, ac Nos, & dictam Sedem, ejusque Legatos, sub quibuscumque tenoribus,

Suspensiō  
prædicta li-  
dulgenciā-  
rum.

Clausula  
derogatoria.

& for-